Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

exteriores et palme celate in
fronte eius hinc et inde: et in
octo gradibus ascensus eius. Et in
troduxit me ad portam que respi-
ciebat ad aquilonem ad aquilo
nem et mensus est iuxta mensuras
superiores thalamum eius et fen
tem eius et vestibulum eius et
fenestras eius per circuitum longi
tudinis .l. cubitorum et latitudi
nis .xxv. cubitorum. et vestibulum
eius respiciebat ad atrium exte
rius. et celatura palmarum in
fronte eius hinc et inde: et in oc-
to gradibus ascensus eius. et
per singula gazophylacia ostium
in frontibus portarum ubi lavabit
holocaustum et in vestibulo por
te duo mensis hinc. et duo men
sis inde ut immolet super eas ho
locaustum et pro peccato et pro delicto
et ad latus exterius qui asten
dit ad ostium porte que pergit
ad aquilonem duo mensis: et ad
latus alterum atrium vestibuli porte
duo mensis. Quatuor mensis
hinc. et quatuor mensis inde per
latera porte octo mensis erant
super quas immolabant. Quatuor
autem mensis ad holocaustum de
lapidibus quadratis exstructis
longitudinis cubiti unius et di
midii. et latitudinis cubiti imi
us et dimidii: et altitudinis
cubiti unius super quas ponat
vasa in quibus immolat holocau
stum et victima. Et labia carum
palmum unius reflexa intrinsecus
per circuitum. Super mensa autem
carnes oblationis. Et extra
portam interiorem gazophylac
a cantorum in atrio interiori qui
erat in latere porte respicientis
ad aquilonem: et facies eorum
erant in latere porte respicientis
ad viam australem. Una ex latere
porte orientalis. qui respiciebat ad
viam aquilonis. Et dixit ad me
hic est gazophylacium qui respiciat
viam meridianam sacerdotum et
qui excubant in custodiis templi:
porro gazophylacium qui respiciat
ad viam aquilonis sacerdotum et
qui excubant ad ministerium al-
taris. Isti sunt filii sadoch qui
accedunt de filiis leui ad dominum
ut ministrent ei. Et mensus est
atrium longitudinis centum cubitorum
et latitudinis centum cubitorum
per quadrum: et altare ante faciem
templi. Et introduxit me in ves-
tibulum templi. et mensus est ves-
tibulum quinque cubitis hinc. et v.
cubitis inde: et latitudinem
porte tres cubitorum hinc. et
tres cubitorum inde: longitudinem
aute vestibuli .xx. cubitorum: et
latitudinem .xi. cubitorum. et octo
gradibus ascendebat ad eum. et
columne erant in frontibus.
una hinc et alia inde. xli

Et introduxit me in te-
plum. et mensus est fron-
tes. sex cubitos latitu-
dinis hinc. et sex cubitos la-
titudinis inde. Latitudo taberna-
culi et latitudo porte decem
cubitorum erat. et latera por-
te quinque cubitis hinc et quinque
inde. et mensus est longitudinem
eius .xl. cubitorum: et latitu-
dinem .xx. cubitorum. et introgressus
intrinsecus mensus est in fronte
porte duos cubitos: et porta
sex cubitorum: et latitudinem